

*ficationis non valet consequentia.* Nam forma justificationis est impuratio justitiæ Christi: sanctificationis, traductio nostri ab impuris qualitatibus & actionibus. ad puras, seu regeneratio, strictè scilicet sumto hoc vocabulo. Nã aliàs etiam latè sumitur pro toto illo Spir. S. opere, quo ille adoptionem nostri per Christum in nobis exequitur: atq; ita cõplectitur vocationem, justificationem, sanctificationem & glorificationem. Ut enim p̄ generationem naturalem filius naturã patris, vitæ commoda & hæreditatem consequitur: ita per hanc regenerationem sive figuratiõem spirituale nos sumus participes divinæ naturæ in Christo, & beneficiorũ ipsius salutarium. *Iob. 1. 2. Petr. 1. Rom. 3.*

*II. Positã rei veritate non statim ponitur eius perfectio.* Sic vera est sanctificatio, licet imperfecta: prout est fides vera, etsi imperfecta. Non enim ut justificatio est actus individuus, qui fit in instanti: sic etiam sanctificatio. *Rom. 5. 6. 7. & 8.*

*III. A generatione physica ad regenerationem non valet argumentã ratione modi.* Nec enim hîc nova substantia vel gignitur, vel transmutatur, & quidem ex principiis dispositis: sed homo innovatur quantum ad qualitates, ut à corruptione trãseat ad integritatem, & sic desinat esse quod erat, m̄cipium scilicet peccati; & fiat quod non erat,

nimi-